



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijs, 1609

Vers. Mutilantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

go non alii, inclusio enim vius alterius exclusio est. argumen. ca. non ne de presumt. & i. cum prætor. s. de iud. & limitata causa, limitatum producit effectum. arg. kin agris. ss. de acquir. ret. domin. Quare mercatores, qui ob negotia sua getenda illuc eunt, rustici, qui ad agros colendos, fabri, qui ad aedificia construenda, priuilegium hoc non habebunt, minus scurræ, meretrices, nec non qui, ut cur ijs infestuant, illuc eunt, nā hi deuot. onis causa non eunt, & sic causa finalis concessionis cessat, ergo & dispositio cessare debet. argument. cap. cum cessante. de appell. & l. adigere. S. quamuis. ss. de iur. patron. Nec repugnat, si dicatur & hos aliquando loca sacra visere, nam si hoc daremus, quot quot ad Vrbem accederent, priuilegium hoc haberent, quod absurdum est, atque sic dixit Iacob. de Graff. in loco infra citat. nume. 100. Immo & qui deuotionis causa iter ad urbem suscipit, ac deinceps in itinere propositum mutat, deinceps priuilegium hoc non habebit, nam sicut si ab initio in viam huiusmodi se daret, quo in Urbe negociaretur, priuilegium hoc non haberet, ita nec hic, qui in medio itinere propositum mutat, ualet enim argumentum de toto ad partem. argumen. l. quæ de tota. ss. de rei vind. Non etiam in penam hanc incidit interficiens eentes, ac visentes alia loca, quæ non sunt vrbis, ut poterit.

Aedem sacram Beatissimæ Virginis Lauretanæ, nam Bulla de his non loquitur, atque sic dixit Iac. de Graff. lib. 4. decis. calc. consc. in expositione Bullæ Cenæ Domini. nu. 99.

Postremo in excommunicatio nem hanc non incidit, qui eum interficit, qui Romæ domicilium habet, dum ea loca sacra pietatis causa uisit, nam hic neque Romipeta, neque Peregrinus est, ut per se patet, & sic Bullæ verba ei non coueniunt, ergo nec dispositio. argumen. l. 4. S. toties. ss. de dam. infec. etenim priuilegium hoc ob id cōcessum est, quo exteri, non autem qui Romæ sunt, ad sacra loca visenda allicantur, sed de interficientibus satis, ad mutilantes veniamus.

Vers. Mutilantes.

I Mutilantes Romipetas in excommunicationem incident.

IN hac parte alia causa referatur, quamobrem in excommunicationem incident, qui Romipetas offendunt, videlicet, qui ipsos mutilant; de qua re, scilicet quid sit mutilare, quoniam id declarauimus supra in capite 9. ver. Mutilant, ob eam rem simplicem regulam ponamus.

In

In excommunicationem hanc
igitur † incident, qui prædictos
peregrinos, Romipetasve muti-
lant, idest membrum aliquod ipsi-
fis abscindunt, quæ regula eisdem
modis, quibus superior declarat-
tur, amplificatur, & coardatur, si-
c ut etiam illa, quæ posita est in eo
dem cap. 9. uer sicu. Mutilant. Qua-
re, quæ hoc pertinent, illinc sumam-
us.

Vers. Vulnerantes.

- 1 Vulnerantes Romipetas in excommu-
nicationem incident.
- 2 Verberantes Romipetas an in excom-
municationem incident.

Hic tertia' causa exprimitur,
quamobrem offendentes Ro-
mipetas in excommunicationem
hanc incident, scilicet, ubi eos vul-
nerant. Quare & de hoc regulam
ponamus.

- 1 In excommunicationem hanc
igitur incident etiam, † qui prædi-
tos Romipetas vulnerant, ut ha-
betur in proposito versicul. Quæ
regula, ut superiores declaratur,
amplificatur, atque coardatur.
- 2 At quid † si quis tantum præ-
dictos verberet, an in excommu-
nicationem hanc incidet? Ego cē-
so hunc non incidere. Primo,

quia verberare est cum dolore ce-
dere, ut habetur in l. lex Cornelii.
S. inter pulsationem, ff. de iniur.
quod idem est atque verberib. ce-
dere, iuxta illud Terent. in Andr.
verberibus, cestum te in pristinum
Daue dedam, at vulnerare est feri-
res, ex quo igitur diuersa sunt, &
de vulnerante, non autem de ver-
berante, pulsanteve Bulla loqui-
tur, excommunicatio vulnerante,
non verberantem afficit, ex di-
uersis enim non sit illatio argum.
l. Papinianus exuli, ff. de mio, pra-
sertim in pœnis, argumen, capitul.
in pœnis, iunct. ibi Gloss. de regula
iunct. lib. 6. & l. interpretatione, ff. de
pœn. Accedit, quod ubi Bulla &
percutientes comprehendere vo-
luit, id expressit, ut in sequenti ca-
pite videbimus, ibi, Percutientes,
ex quo igitur hic non dixit, nec id
voluisse existimandum est, sed iam
ad alia veniamus.

Vers. Detinentes.

- 1 Detinentes Romipetas, seu peregrini-
nos in excommunicationem inci-
dunt.

Hic quarta' causa exprimitur,
quamobrem offendentes ro-
mipetas excommunicantur, scili-
cet qui ipsos detinent. Detinere
autem